



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum fuerit dandum aliquod præceptum pertinens ad spem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

Infr. q. 121. ar. 1 & 2 & mal. q. 9. art. 3.

Utrum presumptio causetur ex inani gloria

AD QVAERTVM sic proceditur. Videtur qd presumptio non causetur ex inani gloria. Presumptio n. maxime videtur iniri diuinae misericordie: misericordia aut respicit miseriam, quae opponitur glorie: ergo presumptio non oritur ex inani gloria.

¶ 2 Præ. Presumptio opponitur desperationi: sed desperatio oritur ex tristitia, ut dictum est. Cum ergo oppositorum oppositae sint cause, uidetur qd oritur ex delectatione, & ita uidetur quod oriatur ex uitiis carnalibus, quorum delectationes sunt uchemetiores.

¶ 3 Præ. Vitium presumptionis consistit in hoc, qd aliquis tendit in aliquod bonum, quod non est possibile, quasi possibile: sed quod aliquis estimet possibile, quod est impossibile, prouenit ex ignorantia: ergo presumptio magis prouenit ex ignorantia, quam inani gloria.

ii. 21. Mor. q. 1. a mcd.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit 31. Moralium, quod presumptio nouitatum est filia inanis glorie.

Ar. 1. huius quæst.

RESPON. Dicendum, qd sicut supra dictum est, duplex est presumptio. Vna quidem que innititur proprie uirtuti, attentans scilicet aliquid ut sibi possibile, quod propriam uirtutem excedit & talis presumptio manifeste ex inani gloria pcedit. Ex hoc enim quod aliquis multum desiderat gloriam, sequitur quod attentet ad gloriam quandam super uires suas & huiusmodi præcipue sunt noua, quae maiorem admirationem habent. Et ideo signanter Grego. presumptionem nouitatum posuit filiam inanis glorie. Alia uero est presumptio, quae innititur inordinate diuinae misericordie, uel potentiae, per quam sperat se obtinere gloriam sine meritis, uel ueniam sine poenitentia. Et talis presumptio uidetur oriri directe ex superbia, ac si ipse tantum se aestimet, quod etiam cum peccantem Deus non puniat, uel a gloria excludat. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ii. 21. Mor. q. 1. a med.

De præceptis pertinentibus ad spem & timorem, in duos articulos diuisa.

EYNDÉ considerandum est de præceptis pertinentibus ad spem, & timorem.

ET CIRCA hoc queruntur duo.

- ¶ Primo, De præceptis pertinentibus ad spem.
- ¶ Secundo, De præceptis pertinentibus ad timorem.

Utrum de spe debeat dari aliquod præceptum.

Inf. a. 3. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nullum præceptum sit dandum pertinens ad uirtutem spei. Quod n. sufficienter potest fieri per unum, non oportet quod per aliquid aliud inducatur: sed ad sperandum bonum sufficienter hō inducitur ex ipsa naturali inclinatione: ergo non oportet, quod ad hoc inducatur homo per legis præceptum.

¶ 2 Præ. Cum præcepta dētur de actibus uirtutum, principalia præcepta etiā debent dari de actibus principalium uirtutum: sed inter omnes uirtutes principales sunt tres uirtutes theologice, scilicet, spes, fides, & charitas. Cum ergo principalia legis præcepta

F sint præcepta decalogi, ad quae continentur, ut supra habitum est, videtur quod retur aliquod præceptum, quod debeat pertinere ad decalogi contineri: non autem aliter ergo uidetur quod nullum præceptum in decalogo dari de actu spei.

¶ 3 Præ. Eiusdem rationis est præcipere ad hoc prohibere actum uitiij oppositi: sed non in hoc quod præceptum datum, per quod prohibetur speratio, quae est opposita spei: ergo videtur de spe conueniri aliquod præceptum in decalogo.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in libro de sermone dominico, quod multa mandata sunt: quae in nobis quam multa mandata sunt: quae in spei ergo de spe conueniri aliqua præcepta non debent.

RESPON. Dicendum, qd præcepta scripturae inueniuntur, quaedam in generalia legis: quaedam uero sunt præcepta in particularibus, quae ad legem illam, quae in scripturis habetur, lex locum habere non potest: sed sunt præcepta de actu spei, & decalogi per actum fidei mens hominis inclinatur in scilicet actorem legis talem, cui se sub debet sperem uero præmij homo inducitur ad hoc præceptum.

Precepta uero de substantiis, quae homini iam subiecto, & ad obediendum imponuntur, pertinentia ad reuerentiam huiusmodi præcepta statim in ipse legis præcepta ponuntur per modum præceptorum. Huiusmodi præcepta, non erant proponenda per præceptorum, quia nisi homo iam crediderit, frustra ei lex proponeretur. Sed licet in fidei proponendum fuit per modum dei & commemorationis, ut supra dictum est, præceptum spei in prima legislatione per fuit per modum promissionis. Quod ad præmia promittit, ex hoc ipso inueniuntur oia promissa, quae in lege continentur, in tantum. Sed quia lege iam imposita, per testes uiros, ut non solum inducant hominum uirtutes, sed et multo magis uandū legis fundamentū: ideo post promissionem in sacra scriptura multipliciter inducuntur ad sperandum, et per modum ad hoc præcepti, & non solum per modum promissionis, sicut patet in psal. 61. Sperate in domino, & in multis aliis scripturis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sufficienter inclinatur ad sperandum bonum per modum proportionatum: sed ad sperandum bonum oportuit hominem inclinari per modum legis diuinae, partim quidem promissionem ad monitionibus, uel præceptis. Et ratio etiā ad que naturalis ratio inclinatur, uel uirtutum moralium, necessarium fuit per diuinae dari propter maiorem firmitatem, quae per quia naturalis ratio hominis obducitur per concupiscentias peccati.

AD SECUNDVM dicendum, quod præcepta decalogi pertinent ad primam legem, ideo inter præcepta decalogi non fuit aliquod de spe, sed sufficit per actiones politas inducere ad spem, ut patet per quarto præcepto.

AD III. Dicendum, qd in illis, ad quos pertinet, homo tenetur ex ratione debet, ut per præceptum affirmatiuum dari de eo, quod faceretur, & prohibitiones eorum, quae sunt uirtutum, sicut datur præceptū de honorando

tum. Non autem prohibetur quod parentes deho-
norentur, nisi per hoc, quod de non honorantibus pe-
na adhibetur in lege. Et quia debitum est ad huma-
nam salutem, ut speret homo de Deo, fuit ad hoc
homo inducendus aliquo praedictorum modorum quasi af-
firmative, in quo intelligeret prohibitio oppositi.

Super quæst. uigesi-
mā secundā articu-
lum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum de timore fuerit dandum ali-
quod præceptum.

AD SECUNDVM sic procedi-
tur. Videtur, quod de timore
non fuerit dandum aliquod præ-
ceptum in lege. Timor enim Dei est
de his, quæ sunt præambula ad legem,
cum sit initium sapientie: sed ea quæ
sunt præambula ad legem, non cadunt sub
præceptis legis. ergo de timore non est
dandum aliquod præceptum legis.

Ad hoc dicitur, quod
timor filialis non di-
citur quasi genus res-
pectu dilectionis
Dei absolute, sed res-
pectu dilectionis
Dei, & principii eo-
rum, quæ in Dei re-
uerentia obseruatur.

Dicitur autem quasi
genus, in quantum est
uel commune quod-
dam ad utrumque, &
collectio utriusque.

Genus enim est col-
lectio specierum: co-
pletur siquidem ti-
mor filialis & amo-
rem, unde reueretur
parenti: & subiectio
nem ad Deum, unde
inchoat obseruatio
omnium, quæ in Dei
reuerentiam exhibe-
tur. Et propterea nõ
genus, sed quasi ge-
nus utriusque uoca-
ri potest.

In responsione ad
primum. In eodē ar-
ticulo dicitur ar. 7. quæ-
stio. 19. ut per spicias
principium intrinsecum,
& extrinsecum
legis, & differentia in-
ter timorem seruile,
& filialem in hoc,
quod ille extra, iste
intra utroque primus
in compositione di-
uinae fabricæ se-
cundum diuinam le-
gem.

Inducendi per promissa: ita nec de timore, qui respicit
penam, fuit præceptum dandum per præcepti mo-
dum: sed ad hoc fuerunt homines inducendi per cõ-
munionem penarum, quod fuit factum & in ipsis
præceptis decalogi, & postmodum consequenter in
secundariis legis præceptis. Sed sicut sapietes, & pro-
phete consequenter, intendentes homines stabilire
in obseruantia legis, documenta tradiderunt de spe
per modum admonitionis, uel præcepti, ita etiam de ti-
more: sed timor filialis, qui reuerentiã exhibet Deo,
est quasi quoddam genus ad dilectionem Dei, & pri-
cipium quoddam omnium eorum, quæ in Dei obseruantia
reuerentia. Et ideo de timore filiali dantur præcepta
in lege, sicut & de dilectione, quia utriusque est præ-
ambulum ad exteriores actus, qui præcipiuntur in lege,
ad quos pertinent præcepta decalogi. Et ideo in au-

thoritate legis inducenda requiritur ab homine timor, & ut
ambulet in uia Dei colendo ipsum, & ut diligat ipsum.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod timor fili-
alis est quoddam præambulum ad legem, nõ sicut ex-
trinsecum aliquid, sed sicut principium legis, sicut est
dilectio. Et ideo de utroque dantur præcepta, quæ sunt
quasi quædam principia communia totius legis.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex amore sequi-
tur timor filialis, sicut et alia bona opera, quæ ex
charitate fiunt. Et ideo sicut post præceptum charita-
tis dantur præcepta de aliis actibus uirtutum: ita et
simul dantur præcepta de timore, & amore charita-
tis. Sicut et in scientiis demonstratiuis nõ sufficit po-
nere principia prima, nisi et ponantur cõclusiones, quæ
ex his sequuntur uel proximè, uel remote.

AD TERTIVM dicendum, quod inductio ad timorẽ
sufficit ad excludendã p̃sũptionẽ, sicut et inductio ad
spẽ sufficit ad excludendã desperationẽ, ut dictũ est.

QVAESTIO XXIII.

De Charitate secundum se, in octo
articulis diuisa.

Super quæst. uigesi-
mā tertiam articulum
primum.

CONSEQUENTER cõ-
siderandum est de chari-
tate. Et primò, de ipsa
charitate. Secundo, de do-
no sapientie ei correspondente.

¶ Circa primum consideranda
sunt quinque. Primò, de ipsa
charitate. Secundo, de obiecto chari-
tatis. Tertio, de actibus eius. Quarto,
de uitijs oppositis. Quinto, de
præceptis ad hoc pertinentibus.

¶ Circa primum est duplex con-
sideratio. Prima quidem de ipsa
charitate secundum se. Secunda, de charita-
te per cõparationẽ ad subiectum.

CIRCA PRIMVM queruntur octo.

¶ Primo, Vtrum charitas sit ami-
cicia.

¶ Secundo, Vtrum sit aliquid
creatum in anima.

¶ Tertio, Vtrum sit uirtus.

¶ Quarto, Vtrum sit uirtus specialis.

¶ Quinto, Vtrum sit una uirtus.

¶ Sexto, vtrum sit maxima uirtutũ.

¶ Septimo, Vtrum sine ea possit
esse aliqua uera uirtus.

¶ Octauo, vtrum sit forma uirtutũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum charitas sit amicitia.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur, quod charitas non
sit amicitia. Nihil enim est ita pro-
prium amicitie, sicut conuiuere
amico, ut dicitur Philof. in 8. Eth.
sed charitas est hominis ad Deum,
& ad angelos, quorum non est
cum hominibus conuersatio, ut
dicitur Dan. 2. ergo charitas non
est amicitia.

¶ 2 Pre t. Amicitia nõ est sine re-
damatione, ut dicitur † in 8. Eth.
sed charitas habetur et ad inimicos.

Secunda Secunda S. Thomæ.

In 1. arti. q. 23. nõ
ta nomine, quod
amicitia dupliciter
sumi potest, scilicet
pro relatione, qua-
micus amico dicitur,
& sic non est ad
positum: & pro fun-
damento huiusmodi
relationis, habitu sci-
licet amoris talis, &
sic charitas dicitur
amicitia. Importat au-
tem talis, ut in lite-
ra patet, tres condi-
tiones, scilicet bene-
uolentiam, redama-
tionem, & comuni-
cationem. Amor n.
quo alicui bonum
uolumus cum mu-
tuo amore fundatus
super aliqua commu-
nicatione, puta, san-
guinis, ut inter con-
sanguineos: uel mili-
tariæ, ut inter commili-
tiones &c. habet rati-
onem amoris amicitie.
Et si his adiunxe-
ris, quod amore illo
uelimus bonum ali-
cui propter seipsum
principaliter, quod
communicatio est in
præceptis anima bo-
nis, habebitur non
solum ratio amicitie,
sed amicitie maxime
honestæ. Et adhuc si
adiunxeris, quod cõ-
municatio ista confi-
sit in supernaturali
consortio diuinae na-
ture, habebitur ratio
amicitiæ diuine, &
nere sic est. Charitas
enim amicitia non
quæcunque, sed diu-
ina est, consequens
communicationẽ na-
ture diuinae in crea-
tura rationali, per
quam diuinae beati-
tudinis participes su-

2 di. 27. q. 2
ar. 1. Et uir.
q. 1. ar. 5. ad
5. & q. 2. ar.
2. ad 8.
* li 8. 5. an
te med. 10. 5

† lib. 8. Eth.
c. 3. tom 5.

G 4 mus